

Forfatter: Brahe, Tyge

Titel: BREV TIL: Brucaeus, Heinrich FRA: Brahe, Tyge (1588-11-04)

Citation: Brahe, Tyge: "BREV TIL: Brucaeus, Heinrich FRA: Brahe, Tyge (1588-11-04)", i *Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)*, HAUNIÆ MCMXIX IN LIBRARIA GYLDENDALIANA, s. 147. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-001573955-X02-shoot-L001573955X020028.pdf> (tilgået 20. juli 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommersielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

[Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 1068666]

TYCHO BRAHE AD HENRICUM

BRUCÆUM.

RUPISTI tandem altum illud filentium, quo per totam æfiam aliquid ad me literarum dare fuperfedifti, amantißYime BRUCÆE, quod autem nunc demum quafi e profundo fomno expergefaetus me tuis eruditis literis reviferis, eft quod moram hanc haetenus commißYam condonem, teque exefatum habeam. Agis autem in his ^{19*} s. 148mecum veluti ex professo de ijs, quæ continentur in libro meo fecundo Æthereorum Phænomenwn, tibi præterito vere per quandam e meis domefticis hinc in Germaniam proficifcentem tranfmisißYo, quæque in priore eius parte inveniuntur, te fedulo perlegißYe oftendis, pofteriore leviter attaeta. Vifum itaque eft tibi ad ea, quæ de his ad me || perferipfifti, in hunc modum repondere. Quod in priore eius voluminis portione contenta ex obfervationum et demonftrationum certitudine accomodationeque approbas et commendas, inprimis vero neotericae meæ Hypothefeoſ circa difpositionem revolutionum cæleftium inventionem tibi admodum placere aßYeveras, mihi pergratum eft. Evidem quantum ad Hypothefeoſ eius conftitutionem attinet, fufpicabar eam tuo Genio non arrifuram, fiquidem alias tam vehemens et conftans fis autoritatis antiquorum confervator et propugnator, adeo ut nonnunquam nimium his tribuere et certioribus rationibus ipfique experientiae non parum derogare videaris; fed aliter tamen hic accidit quam putabam: Hane enim noftram mundani fytematis Hypotyphofin a veteribus nunquam perfpeetam, nec etiam a recentioribus ullis prius excogitatam non folum tuo fuffragio comprobas, fed etiam ceteris, quod eiufcmodi, quæ illæ a PTOLEMÆO et COPERNICO propofitæ, non admittat abfurda, anteferendam cenfes. Ut autem eo reetius intelligas, qua ratione in huius Hypothefeoſ inventionem ante aliquot annos pervenerim, mitto tibi exemplum literarum, nuper ad clarißYimum et doctiſYimum virum D. CASPAREM PEUCERUM a me datarum, quibus eius quibufdam dubijs (quæ ad nobilißYimum virum Dominum HENRICUM RANZOVIUM, qui illi eius Hypothefeoſ nudam delineationem e libro meo excerptam communicârat, perferipfit, cuius etiam verborum unâ cum alterius cuiufdam Mathematici de eadem re ambigua fententia copiam facio) repondendum duxi, ut hac occafione plenius de hoc toto Aftronomico negotio eum tanto Philofopho et Mathematico conferrem. Ex his plurima non faltem [ad] Hypothefeoſ huius rationes et uberiorem declarationem, fed etiam ad totam rem Aftronomicam || peculiarter facientia percipies tuo Genio, uti opinor, non difplicitura. Ubi vero has ipfas literas perlegeris, vel etiam, fi lubet, tranſcribi curâris, velim eas mihi remitti, fiquidem exemplar hoc refervare cupiam, neque otium nunc fuppeditat, ut id denuo exarari faciam. Quæ circa Aftronomiæ inftaurationem defideras, ut omnia huic Hypothefi fundata eque certis obfervationibus Geometricis in numeros redaeta Phænomenis exaete correpondeant, etiam in his literis ad Dominum PEUCERUM datis, quo ordine et quanto conamine rem tantam aggredi molirique, favente Cæli ipfius et Univerfi Opifice, propofuerim, invenies. Nec eft, ut pertimefcas, quod laboris immenfitas, rei tam arduæ difficultas, temporis requifiti diuturnitas aut fumtuum s. 149magnitudo ullave alia moleftia, eodem fupremo Numine conatibus noftris afpirante, me abfierrebunt, quo minus gratæ, uti fpero, poferitati tam divinæ et fullimis artis reftitutionem ea præcifione (abfit invidia dieto) qua haetenus a nemine exantlata eft, confecrem, omnibusque fuis numeris, quantum quidem ab uno homine præftari potefi, abfolutam relinquam.

Sed de his hoc loco fatis. Eft tamen, quod tibi hac in re conquerar. Quidam nimis perfrietæ frontis, quem indignum cenfeo, ut hic nominetur, qui etiam, ubicunque fuit aut eft, feipfum, qualis fit, prodit, hanc meam Hypothefium inventionem fibi arrogare, idque publico fcripto, Argentinæ hoc anno edito, aßYerere non erubuit. An et hane cum reliquis, quæ apud me clam defcripfit, dum nobilißYimo viro ERICO LANGE inferviens, in eius comitatu per aliquot dies fuit, fubtraxit, aut qua alias ratione eius difpositionem hic hauferit, noverit ipfe; et Studiofimei fimilem quandam inter fegefria tune iacentem, quæ minus appofite delineata erat, monftrârunt. Certe quam fraudulenter et fubdole hic egerit, reliqua, quæ hic, me infcio, || ex meis defcripfit, quorum aliquam partem recepi, ipfius manu exarata, fatis convincunt, utut Hypothefin illam inter eas fchedas non reperio; fed poterat hanc alibi abfcondiſYe aut in memoria retinuißYe, cum forte non fuppeteret delineandi commoditas. Norunt domeftici mei Studiofi illam Hypothefin iam aliquot annis a me fuißYe confiitutam atque illis oftenfam: quin et liber hic de Cometa Anni 77, etfi præ fe ferat editionem hoc Anno 88 faetam, tamen norunt omnes, qui mecum funt, eundem Anno 87 in mea Typographia exefum eßYe, data opera autem uno anno tardiorum notatam, quo eßYet ob novitatem acceptior. In hoc autem libro eandem mecum Hypothefin generaliter explicari, te non ignorare, ex iam dietis liquet. Sed egregie prodidit ifte, qui fibi eam nuper vendicaret, fe illam non probe intelligere, nedum ut eius autor fit, dum Martium orbem Solarem totaliter ambientem pingit et fingit, quod impoßYibile eßYe vel ex folo Copernico faitem obiter intropeeto difcere potuißYet. Et qui, quæfo, is novas unquam condet Hypothefes, cæleftibus revolutionibus analogas, qui multorum annorum exquifitis obfervationibus non eft inftruetus, ut inde, quid in haetenus uftatis Hypothefibus defideretur, et quomodo idipfum reftitui poßYit, folerter perveftiget? Sine his adminiculis novam aliquam inventionem iaetare frivolum eft planeque ridiculum, cum non habeat, unde probet per ipfas apparentias, cur prioribus reliefs fic innovare [oporteat] et quomodo per multiplices obfervationes hanc apparentijs cæleffiibus reetius congruere confirmet. Sed faceßYant iftæ ineptiæ, quibus nemo, nifi rem non intelligens, fidem adhibuerit.

Ad epifiolam tuam redeo, ea, quæ || poftmodum continet, ordine, ut s. 150conftitui, difquifiturus.

Emendationem locorum affixarum ftellarum cap. 2 a me propofitam ex declinatione ftellæ et tranfitu per meridianum aliquantulum in dubium vocare videris, eo quod exquifita temporis noticia Solifque locus præcife

vix conftare poßŶint; id licet aliquo modo non abs re dicatur, et a me etiam circa finem eiufdem capititis in Additione fol. 31 incipiente idem fere aßŶeveretur, nihilominus tamen adhibita competenti diligentia, et medijs quibusdam temporis minimas particulas æquali duetu, quoad fieri poteft, exhibentibus, qualia nobis non pauca in promtu funt, etiam hæc ratio abfque admodum fenfibili errore locum meretur, præfertim fi crebra reiteratione examinetur, donec obtenta non admodum fenfibiliter differant, ut patet ex obfervationibus prioribus eo modo inftitutis, quæ pag. 30 oculis fubijciuntur, fi conferantur cum alijs reiteratis et diverfo modo per Solem intermediate Veneris ftella ad fixa fidera diducetis, quæ pag. 33 exhibentur. Differentia enim eftperexigua, utpote quæ decimam unius gradus partern, ubi maxima eft, non excedat, et in fex vel feptem ftellis tria minuta vix attingat; quæ fane præcifio a veteribus non eft extricata, ut mirari fatis non poßYim, quod in ea, quibus tune uetus fum, infirumentorum parvitate et penuria vel per hanc ipfam tam lubricam ad defleetendum viam adeo prope tamen ad fcopum collimârim. Verum exaetiorem et nulli ambiguitati obnoxiam ftellarum fixarum loca verificandi rationem in eadem Additione breviter indicavi, per diftantias videlicet a Sole ad Venerem interdiu apparentem faetas et noetu ab hac ad ftellas relatas. Qua de re in antecedenti libro plenius ago, et per aliquot eo modo accurate faetas animadverfiones, eafque tam || Eoas quam vefpertinas, ftellarum inerrantium loca in veram et præcifam ab Æquinoetio vernali difiantiam repono; idque ex ipfis obfervationibus ita et non aliter fe habere poßŶe demonfiro, annotatis etiam earum veris latitudinibus, in quibus non minus quam longitudinibus nimium haetsenus aberratum eft. Solaris etiam curfus ad nofra tempora exaetißÝ ma reftitutio ibidem præmittitur, fiquid ex eo cetera omnia dependeant. Ubi Apogei locus eccentricitatifque vera quantitas e certis aliquot præcedentium annorum obfervationibus pluribus et non fallacibus infirumentis cælitus diligenter habitis Geometrice demonfrantur, adieeta æqualium motuum etiam corretorum et proftaphæ-refeewn e reperta eccentricitate extrueeta Tabula, ut de Solis motu apparentijs præcife congruente nullum amplius refiet apud me dubium. Subiungam forfan de Lunari curriculo etiam fubtiliter reftituto nonnulla, quando per plurimum annorum obfervations eius perplexam femitam tam quoad longum quam latum plenius extricabo. Video te adhuc ruminare ea, quæ doetißÝimus GEMMA FRISIUS in libello de Radio Afironomico quoad fixarum in Globum aliquem denotationem s. 151nem et potea Æquatoris Eclipticæque in eodem defignationem molitus eft. Verum ego convenientius certis de caufis fieri iudico, ut Æquator et Ecliptica prius in Globo ordinentur et in minimas particulas diftribuantur, potea fecundum harum exigentiam impofitis affixarum locis et varia ratione hinc inde comprobatis, ita ut in unum et idem punßŶtum recitant. Per diftantias tamen beneficio Radij Aitronomici faetas, prout GEMMA tradidit et potea a multis tentatum eft, negotium hoc nunquam dextre abfolvetur. ImpoßŶibile enim eft, per Radium, quantaeunque longitudine præditus lit, et qualicunque fubtilitate divifus, etiam fæpißŶime reiterando obfervationem || exaetas in ipfo fcrupulo flellarum rimari intercapedines, ut alibi per fuas caufas oftendemus. Ideoque ego primus Sextantes huic officio apprime idoneos et ubique veras ftellarum remotiones in eodem minuto aut etiam huius aliquota parte, quotiecumque repetatur obfervatio, præbentes excogitavi, quibus etiam aliquot iam annis præcifa fubtilitate difiantias fiderum inquirendo feliciter uetus fum. Quin et fruftra in Globum reponuntur fiellæ, quoconque tandem inftrumento coelitus deriventur, nifi is admodum magnus fit, qualem ego fex pedum in diametro poßŶideo, qui undiquaque orichalcicus eft et divisionem graduum in fingula fexagena minuta per duetum tranfverfalem, more nobis ufitato, difcriminatim exhibit, abfolutaque infuper rotunditate præditus efi. In hoc omnium affixarum loca infirumentis varijs ex ipfo cælo dedueta confignare decrevi, quorum etiam magna et præcipua pars iam antea a me in promtu habetur. Quare non eft, quod dubites, me fponte mea ea, quæ ad fixarum ftellarum præcifam reftitutionem faciunt, omni poßŶibili diligentia moliri, ut nulla admonitione, vel eorum quæ cap. 2 a me proponuntur, recapitulatione, opus fuißŶet.

Præterea latitudinem Lunæ PTOLEMÆI placitis quarta parte gradus unius maiorem a me adinventam, fufpecetam habes, eamque per eclipfium Lunarium magnitudinem et calculum illi correfpondentem impugnas. Autoritatem infuper REGIOMONTANI, COPERNICI, WERNERI et aliorum infignum Mathematicorum convocas, quod illi Ptolemaicam Lunæ latitudinem maximam præcife 5 partium perpetuo retinuerint, quos non dubitas magna diligentia eam cælitus ita fe habere deprehendißYe. Ptolemaicam infuper latitudinem omni carere vitio exiftimas ob loci fuæ obfervationis opportunitatem, quæ Lunam iuxta Tropicum æftivum in maxima latitudine borea exiftentem vertici quam proxime adunivit, femotis ob id parallaxium et refræetionum || impedimentis etc. De his ut tecum plenius agam, veritas ipfa poftulat. Scias itaque, Lunæ latitudinem maximam non temere aut fine crebra exaetaque obfervatione a me Ptolemaica 15 fcrupulis maiorem conftitutam. Eam enim ita revera fe habere, præfertim iuxta s. 152 quadraturas, multis experimentis minimeque fallacibus obfervationibus, ex ipfo cælo edoetus fum, niti quod aliquando uno vel altero fcrupulo maiorem, interdum paululum minorem adinvenerim; et fi quæ alia fubeft, uti non negavero, inæqualitas, eampenitus enodabo. Nec eclipfium animadverfiones meæ aßŶertiōni quippiam, quod in fenfus cadere poßit, derogant. Nam licet maxima latitudo 15 fcrupulis ab ea, quæ ufitata et diu recepta eft, maior ftatuatur, tamen hæc differentia circa limites illos, ubi eclipfes prope nodos fieri folent, nihil, quod animadverti poßit, importat. Siquidem in diftantia a nodis 12 graduum, intra quem proxime terminum eclipfes Lunares fieri neceßYum eft, difcrimen latitudinis Ptolemaicæ et nofræ evadit faiitem trium fcrupulorum primorum, quæ unicum tantummodo digitum in Lunæ obfcuratione caufantur, qui etiam vix eft perceptibilis ob umbræ Terrenæ extremitatem præcife in fenfus non incurrentem, et ipfa eclipfium tempora non adeo certa haetenus innotuerunt, ut hæc res nofræ inventioni quippiam officere queat, quod nos plurima et quam diligentiBime aliquot præ-teritis annis obfervata docuerunt deliquia Lunaria iuxta fextum gradum diftantia a nodis; differentia latitudinum utroque modo aßŶumtarum provenit li minuti, quod quoad quantitatem

obfcurationis Lunæ eft infenfibile. Circa hunc vero locum crebriores confpiciuntur eclipses, qui et medius eft inter nodos et limites extremos. || Prope vero ipfos nodos, quando Luna eclipfatur, Ptolemaica et nofra latitudo maxima nihil ingerunt difcriminis, ut tute hæc omnia facile colligere potes, re melius quam antea confiderata, velut etiam ex aſcripta delineatione in numeros refoluta perfpicum evadit. Accedit et hoc, quod incertus lim, an latitudo Lunæ eodem modo fe habeat iuxta novilunia et plenilunia quemadmodum prope quadraturas, ubi hane divagationem potiſſimum animadverti; qua de re alias, volente Numine, quæ plenior dederit experientia, patefaciam. Fruſtra itaque eclipses Lunares nobis obtrudis. Videris autem per ineuriam aliquam exiftimæſſe, etiam circa terminos eclipſium quartam gradus partem in latitudine Lunæ a Ptolemaica abundare, non perpendens, id faitem iuxta maximam ab Ecliptica divagationem, quæ quadrante circuli a nodis diftat, locum habere, et poſtea verſus interfeetionem attenuari paulatim, adeo ut iuxta ipfos nodos in unum concurſus fiat, et in paucorum graduum diftantia, iuxta quos eclipses Lunæ contingere poſſunt, perexiguam vixque perceptibilem fubeſſe differentiam. Autoritas REGIOMONTANI, COPERNICI, WERNERI et aliorum, ft qui funt, hac in parte me non movet, fiquidem Aftronomiæ redintegratio non autoritatibus hominum, fed e certis obfervationibus et his innixis demonftrationibus derivanda veniat. Neque REGIOMONTANUS unquam latitudinem Lunæ maximam cælitus obfervavit, aut ulla correetione indigere fufpicatus eft. s. 153 Nec illa, quæ alias in Sole et reliquis fideribus ab ipſo et difcipulo eius BERNHARDO GUALTERO obfervata literis produntur, reete fe habent, adeo ut fibi ipſis non conſentiant. COPERNICUS latitudinem Ptolemaicam in Luna maximam invariata retinuit, neque ipfem et quicquam in hac, an ita fe habeat nec ne, cœlitus attentare aggreſſus eft, excufans hoc, quod non eam occaſionem experiendi fibi fortuna contulerit || quam CL. PTOLEMÆO, ob commutationum Lunarium impedimenta in altiori poli ſitu, quæ in Alexandria commode præcaveri poterant, ut patet ex ipfiusmet COPERNICI verbis cap. 15 libri 4 Revolutionum. Nec WERNERUS quippiam circa hanc rem attentavit, quod ex ullo eius fcripto probari poſſit. Sed et is Ptolemaicæ animadverſioni acquievit, nec ab ullis alijs, quod fciam, quippiam certi hac in parte elaboratum eft. Fruſtra igitur allegatur aliorum authoritas in re nunquam ab illis explorata, licet hæc etiam per fe in Mathematicis locum non mereatur. PTOLEMÆUM longe commodiorem habuiſſe opportunitatem latitudinem Lunæ maximam perſcrutandi, non equidem eo inficias, cum prope verticem et parallaxis (quam COPERNICUS commutationem vocat) et etiam refraetionis vitio non laborârit, ideoque ipfem in eisdem Annotationibus, ubi de Lunæ latitudine maxima ago pag. 40 et seq. Ptolemaicam obſervationem nullatenus improbo, adeo ut eam tunc temporis fe reete habuiſſe iudicem, poſtea vero uſque ad noſtram ætatem quarta gradus parte mutatam, quemadmodum Solaris etiam orbitæ ab Äquatore digreſſio interea non invariata permanfit. Nolo etiam Parallaticum ipfius instrumentum, quo in hac obſervatione uſus eft, in dubium vocare, licet id forte non citra rationem facere poſſem, ut duobus ſimilibus instrumentis maiori cura et diligentia, quam forſan a PTOLEMÆO præſtitum eft, fabrefaetus, crebra nos docuit experientia. Taceo, quod diſtinctionem partium uſtiliſſimam non adhibuerit, et, quod maxime refert, Lunares radios per foramina tranſmiferit, ubi in pauulis ſcrupulis proclivis eft aberratio. Accedit et hoc, quod in eo Regulæ longioris loco prope perpendicularis contactum, ubi || obſervatio verticem proxime refpicit, minima et pæne infenſibilis anguli per Regulam minorem mobilem mutatio plures diſtinctiones in oblongiori pertranſfeat, quam alias in remotiore a vertice instrumenti diſpositione, quemadmodum ijs, qui hæc traetare ipfa experientia edoeti funt, in propatulo eft. Neque tamen instrumenti vel obſervationis vitio ipsum per quartam gradus partern aberratiſſe propterea dixerim, fed potius revera ad noſtra uſque tempora adauetam fuiſſe Lunarem ab Ecliptica digreſſionem, quæ an in omni ad Solem diſpositione æque magna eſſe poſſit, necdum tuto affirmârim. Reclamitant etenim nonnullæ circa plenilunia obſervationses, quæ Ptolemaicæ divagationi quam proxime accedunt, ut ob id inæqualitatem aliquam s. 154 h̄c latere uſpicer, de qua tamen nihil certi pronunciare volo, antequam plenius, uti dixi, rem omnem expendero. Licet vero in noſtro Horizonte parallaxis Lunæ et refraetio non parum difficultatis ingerant, quo minus negotium hoc tam expedite, atque in Alexandria a PTOLEMÆO, abſolvi queat, tamen hæc impedimenta fatis præcavere iamduſum crebra obſervationum praxi didici, ita ut fidem tuto interponere aufim, unum vel alterum ad ſummum minutum in mea Lunaris latitudinis limitatione nullatenus defiderari.

Vinâ€™ autem aliorum suffragium? fiquidem meis folius obſervationibus non penitus ſtandum arbitreriſ (quod facile ab ijs admittitur, qui ipſimē fidera non obſervant, nec quanta diligentia et aſſiduitate nos huic labori incumbamus norunt) en tibi dabo prætantis Mathematici CHRISTOPHORI ROTHMANNI, Illuſtriſſ. Principi GULIELMO Haſſiæ Landgravio in exercitijs Aſtronomicis operam navantis, teſtimonium non obſcurum, fatifque firmum, quod in literis ante paucas hebdomadas ad me perſcripſit. Aſſerit enim is, fe eandem fere latitudinem Lunæ maxiſſimam instrumentis Principis, quam et ego meis, deprehendiſſe. Et infuper addit, caput Draconis abeſſe a Tabulis plus quatuor gradibus. Id vero qua ratione adinvenerit et quomodo comprobare poſſit, non video. Nam h̄c fatis evidenter reclamitant eclipses Lunares, cum 4 gradus iuxta nodos ipfos latitudinem Lunæ per 21 minuta, id eft 2/3 corporis Lunaris partes varient, quod fane in ecliptiſbus Lunæ admodum eſſet perceptibile, a me tamen, ita fe habere, haetenus non compertum. Verum ut eo reetius mentem ROTHMANNI capias, curavi deſcribi particulam quandam literarum ipfius nuper ad me datarum, in qua hæc, quæ retero de latitudine Lunæ maxima et nodis, inter quædam alia continentur. Mihiſſem tibi integrum literarum exemplar, fed Amanuenſis meus illud adeo festinanter, alijs occupatus, tranſcribere nequivit. Sunt enim proliiores et aliquot quaterniones adimplent. Atque hæc de latitudine Lunæ maxima a me conſtituta fit replicaſſe fatis, quibus fi tibi adhuc non fatiffaetum eft, tute instrumenta idonea nullique errori obnoxia conſtrui cura, et cœlum ipsum infpicere examinareque difce, priuſquam aliorum inventa crebro vigilatis noetibus ex ipfa cœleſti obſervatione et non in vaporario ex chartis depromta ſub

dubitatem vocare præsumferis.

Poftea recapitulatione quadam uteris eorum, quæ fequentibus capitibus prioris partis comprehendo; quod autem ibidem oblique infinuas, me aßYeverare, Cometam circulum defcripsißYe, quamvis interdum quinque aut paucioribus fcrupulis ab exaeta peripheria observationes dißYentiant, id vero quid eft aliud, quam nodum in fcirpo quærere? || Nam ifta perekua differentia, quæ quina fcrupula non excedit, imo rarißYime ea attingit et utplurimum in uno vel altero fcrupulo fibi con-s. 155ftat, non eft digna, ut in mentionem veniat, cum fit pene imperceptibilis; et aëris diveritas applicatioque Cometæ ad Horizontem tempore quarundam observationum propior, quarundam vero remotior, hanc tantillulam diverfitatem facilime ingerere potuit, ut nihil dicam paucula fcrupula in locis fixarum, quibus uetus fum, aliter fe habere, quam a nobis iuxta veterem animadverfionem aßYumta funt, velut patet ex Additamento, fini secundi capitis appofito, de quo etiam prius dixi. Hanc etiam non magni momenti discrepantiam in duetu circuli Cometæ in ipfo libro fuo loco fatis fuperque excufavi, ut non opus fuerit tam exilia et ad rei fcopum non pertinentia neque quicquam noſtræ aßYeverationi apud candidos et peritos derogantia inculcare. Si quanto labore et induftria ad eam ipfam, quam naetus fum, præcifionem opus fuerit, ipsa experientia fatis perspeetum haberet, utique de minimis et fenfum pene omnem effugientibus non otiofe disputares.

Dehinc ambiguitatem quandam moves in eo, quod aliquoties aßYeverem, omnes Cometas in ætherea regione supra Lunam verfari, et LYCOSTHENEM mihi objcis, eumque refers in quodam loco fui libri de Oftentis prodidißYe, quoſdam Cometas conflagrantes incendium in fubieeta Terra excitaßYe, atque inde aliquos fublunares fuißYe, et fecundum mentem Peripateticorum ignes in fupremo aëre accenſos extitißYe, tacite inferre conaris. || At ego, perlustrato toto illo LYCOSTHENIS libello, nihil eiufcemodi in eo invenire potui. Imo etiamſi tale quid illuc reperiſetur, attendendum nihilominus eßYet, quod ifti autores Hiftorici non Mathematice rem traetent, fed generaliter de Oftentis fcribentes fæpenumero diſcriben inter Cometas revera in cœlo conſtitutos et faces atque lampadas igneſque volantes fimiliaque aëris infralunaris ignita meteora minime faciant. Fieri itaque quam facilime potuit, ut ex horum ignitorum et fublunarium meteororum alicubi in Terram delapſis incendium quoddam in competenti materia olim excitatum fit, quod tamen Cometæ alicuius conflagrationi vel flamarum excitationi inconvenienter attribuitur. Hi enim non ardent, neque ignem edunt, verum non multum dißYimili ratione a reliquis ftellis lumen fibi infitum vibrant, five id a Sole, five aliunde obtineant. Quod autem materiam omnium Cometarum ætheream ex eadem, in qua verfantur, mundi regione conſtantem aßYeverem, non caret fuis certis rationibus, velut in Epilogo totius operis patebit, ubi ex profeßYo de materia et procreatione Cometarum tum aliorum opinioneſ fub diſquifitionem iuftam revocabo, tum etiam meam fententiam aperte exponam, fiquidem in hoc libro et reliquis etiam duobus leviter hac de re ago, eo quod ifta Phyfica confideratio non competenter proponitur, priuſquam omnia, quæ iuxta Aftronomicam demonſtrationem tum in Nova Stella, tum etiam aliquibus Cometis poſtea vifis, a me pertraetata fuerint. Illic ^{20*} s. 156 etiam certis rationibus oftendam, quam abſurda fit hæc tua et aliorum quorundam opinio, Cometas, eti in cœlo ipfo curriculum fuum abſolvant, || nihilominus e materia elementari furfum in æthera vi fiderum fublata conſtare poßYe. Quot enim et quanta huic opinioni tum ex ipfis Cometarum apparentijs, tum e veriore Phyfica repugnant, ibidem manifestum reddam. Nec quod intereant Cometæ, huic tuæ fententiae fuffragium præbet. Nam quæ poſt mundi primam creationem miraculoſe aliquando in natura, præfertim cœleſti, eveniunt, ea etiam ante univerſalem rerum creatorum abolitionem interire conſentaneum evadit. Cur autem Stella Nova et Cometæ femel exorti non perpetuo durent, nec eandem ſemper retineant magnitudinem aut colorem, in eodem totius operis Epilogo rationes proferam. Id autem quod veteres Epicurei et quidam alij Philofophi fenerunt, fidera humoribus nutriri, per fe plane falſum eft et ridiculum, nedum ut hinc aliquid certi in Cometis probare liceat. Videris mihi brevi in Paracelfitam teipſo inſcio degeneraturus. Nam et is eundem veterum errorem tuebatur, quamvis non omnimodo e vaporibus, fed materia quadam cœleſti nutriri aftra opinabatur, adeo ut meteora omnia nihil aliud quam ftellarum eßYe excrementa aßYeverare non fit veritus. Conveniens fiquidem videbatur, ea quæ pabulo et nutrimento indigent, fuas etiam habere excretiones; fed hæc ſpeculatio ab omni veritate aliena eft. Quod alij atque alij Cometæ fubinde oriantur et aboleantur, quodque quidam eorum in uno loco conſiftant, quidam vero mobiles fint, quodque inter eos, qui moventur, alij in conſequentia, alij in antecedentia signorum curfum dirigant, quodque aliqui eorundem Septentrionem petant, quidam vero Meridiem, hæc omnia nihil probant, eos ex elemen-||tari materia conſtare. Nam poßYunt hæc ipſa et plura competere ijs in ipfo cœlo e cœleſti materia confirmatis, ut latius in eodem Epilogo diſcutiemus. Quod vero addis, quoſdam ordinem quendam in motu fervare, quoſdam vero fine ordine vagari, id nimium eft. Nam omnes Cometas ordinem certum fervaßYe, nec [a] motu tardiore in celeriorem vel ab hoc in illum fubito prolafpos, aut vago, inconfantti vel tumultuario (ut vocat SENECA) duetu diſcurrißYe iudico. In omnibus enim Cometis, qui a me notati funt, conſtantem et proportionalem motus tenorem deprehendi, quemadmodum etiam in cæteris, qui ab anteceßYoribus noſtris Mathematicis cœlitus diligenter obſervati funt. Nam quod Hiftorici quidam vagum et inconfantem curfum quibufdam forte attribuerunt, id nihil moramur. Idem enim illis et fimilibus rem Aftronomicam non intelligentibus in cæteris etiam Planetis, imo et in ipfis fixis fideribus videri poßYet. Neque ex incertis teſtimonijs veritas rata colligitur. Immo et ipſi Mathematici non vulgares Stellæ Novæ motum quendam attribuerunt, licet perpetuo in eodem loco conſtiterit, et Cometas poſtmo-s. 157dum vifos vago et inordinato duetu curriculum abſolvißYe, aßYeverare non dubitārunt, veluti et CORNELIUS GEMMA et THADDÆUS, ambo præſtantes Mathematici, in hoc eodem Cometa (ut de cæteris nunc non dicam) inconfideate admiferunt, ut in ipſo libro a nobis ſuo loco indicatur. Vides itaque, et alias videbis plenius ex

omnibus itis ratiunculis, quas adducis, non fequi, quod intendis, Cometas e materia elementari generari, five
supra five infra Lunam.

Subiungis postea adhuc etiam || inconvenientem hæfitationem, vel potius Hypotheseos nostræ in Cometa
 anni 77, de quo liber iste transmīßus agit, minus deliberatam improbationem. Existimas enim ex eo, quod
 Cometam circa Solem moveri statuam, ita ut sextante circuli ad fumnum ab illo digredi potuerit,
 confeetarium eßYe, ut si quando in proxima terris fui circuli parte fuerit, quod tunc Terram contingere,
 siquidem femidiameter sextantem circuli subtendat, ut patet ex elementis Geometriæ. Verum hîc mihi videris
 nimis oscitander rem omnem expendiße, Nam licet Cometa evagatus sit a Sole centro fui orbis 60 partibus
 circuli maximi in coelo, quoad nostrum e terris asperatum, non tamen orbis ille imaginarius tantus fuit, ut
 Terram attingere ullo modo potuerit, imo infima eius pars ferme triplo Lunaribus fedibus hinc remotior extitit.
 Id quod ex adieeta figuraione facilime patet, in qua orbis ille, quem Cometa circa Solem descripsit,
 repræsentatur per

DBEG, cuius centrum C iuxta Solem, A vero fit Terra, in qua versamur, et unde cœlestia aspicimus. Maxima
 digreßio Cometæ a Sole est in B, ad quem locum ducantur CB et AB, concurrentes iuxta circuli contacterum.
 Est itaque in triangulo ABC angulus ad B reetus (ut nosti). Angulus vero CAB 60 partium iuxta observationem.
 Latus vero CA præsupponatur iuxta COPERNICUM secundum medium Solis a Terra distantiam semi-
 ||diametrorum terræ 1142. Ergo in triangulo retilineo reetanguloque dato altero, unoque latere, non
 ignorabitur latus BC femidiametrorum Terræ 988, quod æquale est ipsi CE, cum ambo sint e centro eiusdem
 circuli. Ideoque sublato CE femidiam. Terræ 988 ex CA earundem 1142, ut modo dixi, remanebit EA femid.
 154. Est autem EA proxima distantia, qua Cometa terris appropinquare potuit, etiam si totam circuli fui
 peripheriam aliquoties absolvitur. Cumque Lunæ proxima a terris remotio a COPERNICO non inconvenienter
 statuatur femidiametrorum Terræ proxime 52, appareat Cometam Terræ maxime appropinquantem fere triplo
 plus ab ea remotum fuißYe, quam est Lunæ proxima ad eandem acceßio; idque iuxta Coperniceas rationes,
 quæ Ptolemaicis (quibus adhuc Luna nobis propior evadit) veriores sunt. Quod si in millaria Ger-s. 158manica
 lubeat hanc Cometæ appropinquationem resolvere, aßYumendo pro qualibet Terræ femidiametro millaria
 nostrata vel Germanica 860 (quod nec a vero admodum dißYentaneum est) profilient millaria 132440,
 quibus Cometa in proximo situ nobis admoveri potuit. An hoc est Terram contingere? Licet autem omnia non
 fatis scrupulose, ut neque opus erat, hîc rimatus sim, siquidem Apogei et eccentricitatis nullam habuerim
 rationem, quia parum hoc loco importat, tamen maior ad Terram propinquitas dari vix potest,
 quemadmodum pag. 297 in ipso libro indicatur, quamvis ibidem incuria Typographi pro 154 reperiantur 145,
 transpositis duobus posterioribus charaeteribus, qui tamen error inter vitia Typographica in calce libri
 detegitur. ||

Apparet itaque, quam inconfulte Hypothesi nostræ detraxeris, aßYerendo Cometæ circulum terras contigißYe,
 qui fane error nimium craßus fuißYet, cum nec fublunarem eius duetum admittere voluerim, et contraria
 toto libro demonstrârim. Ipse etiam distantia a Terra in penultima columna Tabulae eius, quæ ex Hypothesi
 numeros vario respectu deducit, te admonere potuißent, Cometam per præsuppositam Hypothesin adeo
 humilem, ut suspicaris, nunquam faetum, siquidem die 9 Novemb. remotio eius in femidiametris Terræ
 ponatur earundem 173, et fane tunc temporis non adeo longe abfuit a proxima ad nos acceßione, ita ut vix
 20 femidiametris propior reddi potuerit. Ipse itaque tecum perpende, quam immerito tantam absurditatem
 nobis obieceris. Sed uteris quadam velitatione et hypothetica cautione, inquiens: Si reete tuam Êtentiam
 aßequor. At certe mea fententia non adeo obfcura est, neque ita fegniter et intricate declarata, quin a te
 tanto Mathematico percipi poßit, præfertim cum librum meum fere per anni semißem tecum habueris, et si
 quid ob alias occupationes et curas refidui in animo tuo fuißYet dubij, præftiße iudicium suspendiße
 potius quam tam enormiter et citra omnem rationem nostrâ improbaßYe. Sed facile video, unde hic non levis
 error tibi obrepferit. Digreßionem enim Cometæ a Sole in eo ambitu, qui centrum ipsius circuli tranfit et in
 tanta a nobis est distantia, atque Sol ipse, fieri inconvenienter opinatus es, idque iuxta F, cum contacterus, in
 quo maxima nobis apparens digreßio contingit, longe inferius cadat prope B. || Pari quoque modo
 HIERONYMUS CARDANUS hallucinatus est, dum in principio libri secundi de varietate rerum demonstrarere
 conatur, epicyclum Veneris e veterum Hypothesi tam magnum eßYe, ut Terram attingat, si O iuxta Perigeum
 distare a Sole ratione epicycli intelligatur partibus 45. Nam et illic eius loci in epicyclo rationem non habet,
 ubi e linea e terris egrediente fit contacterus, sed per ipsam diametrum epicycli demonstrationem inconfiderate
 pertexit, non perpendens eam quæ a veteribus iuxta hanc Hypothesin explorata est epicycli ad eccentricum
 proportionem, qualis s. 159 videlicet est 43 ad 60 proxime. Sed magni etiam viri magnis erroribus interdum
 sunt obnoxii.

Secundam mei libri partem te nondum evolvißYe aßYeveras, et perpaucā in eo legißYe, adeo ut faltem
 animadverfiones in MÆSTLINUM obiter percurreris. Imo quantum e literis tuis percipere poßum, inutilem vel
 minus neceßariam fuißYe eam operam censes, qua in secunda ifti libri portione aliorum de hoc Cometa
 placita sub incudem revocavi, siquidem ea, quæ Geometricæ a me priore in parte demonstrata sunt, a nemine
 convelli poßint. At longe aliter fentiendum duco. Nam aliorum obfervationes et demonstrationes, si reete se
 habeant, magnum veritati suffragium præbent, præfertim in diversis locis ab alijs atque alijs personis
 administratæ. Nam licet ea, quæ Geometricæ demonstrantur, reete constent, tamen cum obfervationes, quæ
 per media mechanica fiunt, ubique non rite perficiantur, evenit quod ipsæ conclusiones, ut ut prætextum
 Geometricarum demonstrationum faciant, fæpenumero frufraneæ sint. || Sic nostram Lunæ latitudinem

maximam in dubium vocare (ut etiam mutationem latitudinis affixarum stellarum iuxta variatam Eclipticæ ab Æquatore digreßYionem in quibusdam alijs prius ad me datis literis) non vereris. At cum ex observationibus ROTHMANNI in remoto loco et alijs organis exploratis rem eodem modo fe habere intelleixeris, forte meis inventis facilius acquiesces, licet ea per se adeo rata fint, ut nullo extraneo indigeant testimonio. Atque tum ob hanc, tum etiam alias neceßYarias causas in primo membro secundæ partis eorum scripta expendi, e quibus Cometam hunc æthereum fuißYe competenter mecum probatur. Ne quis suspicetur omnium aliorum animadverfiones a meis inventis prorsus alienas fuißYe, quod tamen per se non admodum curârim, falva tantum ipfa veritate, quæ opinionibus hominum quidem impugnatur, fed non expugnatur, quæ etiam in ipfis rerum penetralibus et medullis a plurimorum captu abscondita latet. In posteriori vero membro reliquorum, qui contrarium fenferunt, ratiocinationes everti, ut remotis et refutatis eorum contradictionibus veritas libera per se effulgeret. Nec levibus paralogismis quatuor magnæ autoritatis viri e diversis locis in hoc confenserunt, ut Cometam tam propinquam terris probarent, quo parallaxin 5 vel 6 partium efficeret, ideoque longe infra Lunam vix 8 vel 9 hinc remotum Terræ femidiametris, ut etiam e certis observationibus Geometricis demonstrationes prætenderunt, quibus vel eruditio alicui Mathematico, si non circumpeete omnia perpenderit, rem || ita fe habere persuaderet, adeo ut Philosophus vester Ariftotelicus ERASTUS non dubitârit Mathematicorum suffragia in hoc Cometa citare, aßYerens ipsum iuxta Peripateticorum dogmata fuißYe in elementari mundo e fumofitatibus incensis concretum, eo quod quidam ex illis parallaxin eius s. 160ifta, quæ in Luna sit, maiorem demonftrare conati sint. Sic veritas fæpe vim patitur, nisi ea, quæ falsa sunt, folerter removeantur. Præterea multa circa hoc totum negotium in secunda parte continentur, de quibus in priore non dabatur dißYerendi occasio. Perlege igitur per otium et hanc posteriori libri distinctionem diligenter, et tum demum tuum de ea iudicium prome. Dicis te rudes eiufdem Cometæ fecißYe obfervationes, quibus iuxta REGIOMONTANI placita eum minime fublunarem fuißYe deprehenderis, idque WITTICHO ad me proficifcenti prius indicaßYe. At ille cum hîc adeßYet, nihil tale fentiebat, fed erat prorsus Peripateticorum opinione imbutus, Cometas omnes in aëre infra Lunam vagari, illicque e fumofitatibus e Terra attrahitis exardescere. Ideoque MÆSTLINI et aliorum contraria placita improbabat, quam tamen fententiam, antequam hinc in Germaniam rediret, mutavit, eo quod e meis obfervationibus vel in illo Cometa, qui anno 80 apparuit, quo tempore mecum fuit, aliter fe rem habere infitueretur. Memini tamen teipsum aliquando mihi, cum Rostochium peregrinando transirem, dixißYe, nullam in eo Cometa te invenire potuißYe parallaxin, imitando mentem REGIOMONTANI, et per azimutha atque altitudines cum interlapso tempore rem omnem explorando, unâque tunc || temporis instrumentum oftendisti, quo obfervationem hanc aggreßYus es, quod tamen tale mihi videbatur, ut si per aliud parallaxin 10 vel 15 graduum reperißYes, non ob id fequeretur, Cometam hunc elementarem fuißYe, nam maior in azimuthis et altitudinibus simul capiendis requiritur diligentia, quam haetenus a multis est perfpeeta, præfertim in tam subtili negotio, ubi e minimis maxima eruuntur, et temporis exquisita in quinis vel denis fecundis cognitio, qualis neceßYaria erat, tibi fatis perfpeeta eßYe nequaquam potuit. Non enim per altitudines stellarum ea fatis præcise indagatur, ut alias monui. Atque ob id eveniebat, ut operationem, velut ipfemet tum faßYus es, abfolvere e REGIOMONTANI præscripto nullatenus potueris.

Tandem concludis, non opus fuißYe de re nunquam recurrente tantum laboris fufcipere, ut omnes motuum circumstantias tam accurate demonfrarentur, dummodo faltem, an in ætherea, an vero elementari regione verfentur Cometæ, nobis confitterit, siquidem hac de re inter Philosophos præcipua movetur controverfia. Et per Halonum similiumque meteororum infabilitatem atque evanescientiam etiam Cometas non indigere admodum diligent animadverfione, inferre conaris, adeo ut fubiungere non dubites, extingui cum ipso meteoro eius generis scripta. Quam vero sincere et reete hæc a te proferantur, aliorum efto iudicium. Certe ROTHMANNUS longe aliter de meis laboribus in hoc Cometarum negotio accurate enodando fentit, ut vel e portione literarum || eius nuper ad me datarum, quam unâ me mittere dixi, s. 161 videre licet. Aliter etiam SCULTETUS (ut e particula eius epistolæ non ita dudum ad me scriptæ, quam etiam tibi describi curavi, patet) de hac re iudicat, unâque MONAVUM quandam, virum doctum in Silezia, mihi autem incognitum, ad fe fcripfißYe refert, ut aliorum tomorum apud me editionem urgere velit, licet unâ conqueratur de huius feculi ingratitudine, quod dignum non fit, ut folida veritas ei in talibus communicetur. Nihil enim iam fere tam bene dietum faetumque est, quod non cavillando depravetur. Sed agedum videamus, an merito nostri labores hac in parte ita a te vel quoquam alio extenuentur, quafi ob subiecti, de quo agunt, evanescientiam inutiles et non magni aut diurni momenti existant. Quæftio hæc de Cometarum fitu, æthereufne fit an elementaris, et quomodo generentur, non est nova neque levis, sed multis ab hinc fculis ab antiquißYimis Philosophis longe ante ARISTOTELEM (quorum etiam plerique reetius quam ille hac de re fenferunt) diu multumque magno conatu et subtilißeYimis argumentationibus agitata, ut vel e SENECAE libro, quem de Cometi reliquit, fatis appetat. Neque tamen usque ad hæc tempora penitus disquisitum est, quidnam sint Cometæ, et ubi procreentur, eo quod veteres et modernorum etiam plurimi non e certis obfervationibus per apodixes Mathematicas nodum hunc plus quam Gordium refolvere aggreßYi fint, sed faltem argutijs quibusdam et opinacionibus atque logifticis subtilitatibus rem omnem abfolvere præfumpferunt, aßYumentes plæ-||raue pro conceßYis, quæ prius inquirenda demonfrandaque erant, an ita fe haberent nec ne. Idcirco operæ precium duxi, e ratis obfervationibus veritatem exaetam hac in parte inquirere, Geometricaque demonfrare, ne Peripateticorum et aliorum argutiæ veritati, ut tot iam fculis faetum est, amplius fucum facerent. Id autem e parallaxibus Cometarum perveftigandum nemo Mathematum gnarus ignorat; at cum parallaxes illæ subtili inquisitione indigeant, adeo ut facile error aliquis tacite subrepatur, nisi omnia admodum circumpeete adminiftrantur, imo impoßYibile etiam fit, parallaxes certas enucleare, nisi etiam motus proprij Cometæ

adhibeatur præcifa ratio: requiritur utique neceßYario, ut curfus eius apparenſ quā diligentibYime, quoties per ferenitatem fieri potest, cœlitus denotetur, quod fane non efficitur, niſi inquiratur, qualem habeat ad Eclipticam, reſpeetu longitudinis et latitudinis, atque AEquatorem, quoad ascensionem reetam et declinationem, diſpositionem, hincque unā conſtet, qualem etiam duetum proprium deſignet, et quomodo in eodem moveatur, quale ratione indies curfum fuum variet. Sine his enim aliquis fruſtra parallaxin perſcrutari tentārit. Motus enim proprius plus afficit Cometæ apparenſias quam ea diverſitas, quæ ratione parallaxium, fi forte quam habuerint, contingit. Sunt igitur hæc duo folerter diſcernenda diligenterque inter fe conferenda. Hinc etiam s. 162ea, quæ a fummo illo REGIOMONTANO et quibusdam || alij neotericiſ de Cometarum parallaxisbus perveſtigandis varie et erudite adinvenia funt, etiamfi quoad demonstrationem reete fe habeant, tamen cum præſupponant id in Cometis fieri, quod vel raribYime vel nunquam accidit, eos videlicet deſtitui omni motu proprio et nullo alio, quam univerſali illo primi mobilis diurno circuitu, convolvi, in praxi ipſa inutilia prorufque ſupervacanea funt. Patet itaque, fi id quod controverſum eft, iuftam meretur diſquifitionem, utrum videlicet Cometæ fint ætherei, nec ne, idque fine parallaxium investigatione fieri nequeat, parallaxes vero abſque diligenti diſpositione, quoad præcipiuſ cœli circulos proprieque duetus limites et diurni motus alterationem nequaquam dignosci queant, conſequens eßYe, non iudicandum inutilem et ſupervacaneum laborem, ex obſervationibus certis demonſtrare Cometarum longitudines, latitudines duetumque circuli, ſub quo moventur, quale tenore curfum fuum abſolvant, quomodo eum certa lege adaugeant vel etiam inhibeant, cum fine his alterum, quod principaliter inquirendum venit et in dubium vocatur, decidi nequeat. Imo poſtquam conſtituerit, eos in æthere ipſo verſari, plurimum negotium hoc confirmat et illuſtrat, fi per convenientem Hypothefin eorum curfus inſtar Planetarum demonſtretur et in numeros refolvatur. Sic enim plenius et citius alij perſuadebitur omnino cœleſtem illis ineßYe naturam ab aliorum Planetarum proprietatiſ non admodum alienam, niſi quod non perpetua fit adeoque exaltata ut in reliquiſ errantibus ftellis. Sed facilius eft aliorum indefeßYos labores carpere et extenuare, quam imitari vel etiam fuperare.

Porro quod Cometæ inſtar meteororum diſpareant, nec femper durent, nil probat eorum motum et habitudines diligenter non eßYe diſquirenda. Nam licet alij atque alij certo tempore confpiantur tandemque paulatim conſumantur, redeunt tamen rufus alij. || Nec ullum fuit feculum, quod non aliquos conſpexerit Cometas, quos et valde admirati femper funt homines, tanquam magnum aliquid novum et inſolitum, adeo ut plus femper eorum mentes moverint hæ crinitæ ftellæ, quam reliqua mundo coæva fidera. Licet vero aliquando conſpeeti Cometæ non ita diu poſt diſpareant, neque intra diutinum tempus alij redeant, adeo ut interdum in 20 annis vix aliquis apparuerit, eo fane maiorem operæ precium eft adhibere diligentiam in perveſtigandis eorum apparenſijs, dum durat et adſunt, quo eo melius de talium Phænomenorum ſitu, motu et natura controverſia tamdiu varie diſceptata dirimi poßYit; ex quo non femper talis occafio offeratur, ut in reliquiſ fideribus, quæ omni ferena noete, quotquot Horizontem exuperârunt, conſpicere obſervareque licet, fi modo ea cura mortalium mentes traheret. Propter has itaque et plures alias cauſas neceßYarium s. 163et utile eft admodum fedulam in Cometarum ſitu et motu adhibere deſcriptionem. Præterea licet illi per fe non fatis digni viderentur, quorum cauſa tantos labores exantlare oporteat, eft tamen quiddam aliud, cur idipſum fieri pro perpetuis illis fideribus totiusque cœli natura et diſpositione penitus perſcrutandis adeo expediat, ut aliunde idem vix conſtare queat. Ideoque ego ex hac accurata Cometarum præteritis annis confederatione multa ad totam rem Astronomicam facientia, quæ non parvi momenti funt, deprehendi; ut: cœlum non conſtare ullis realibus, duris et impervijs orbibus, velut tota credidit Antiquitas et recentiorum adhuc quam plurimi: nullos dari epicycloſ: Terram revera annuatim non circumire, || et pleraque alia, de quibus circa finem totius operis copioſius traeto. Sicque per hanc aſcititorum et novorum fiderum exquifitam animadverſionem viam paro, imo fundamenta pono ijs, quæ in toto illo opere Afronomico circa perennium et mundo coævorum aſtrorum apparenſias ac revolutiones redintegranda, et quaſi de novo inſtauranda, favente divino auxilio, propofui, in quibus etiam indies arduo et indefeßYo conamine elabore. Imo et in his libris de neotericiſ cœli Phænomenis multa ad rem Afronomicam reetius quam haetenus conſtituendam diu fruſtra defiderata proponuntur, qualia funt Solaris curfus exaeta reſtitutio, Lunaris latitudinis emendatio, affixarum ftellarum verificatio et pleraque alia, quæ per occationem harum fecundiarum ftellarum Afronomiae cultoribus non parvo a me labore et ſtudio conquisita communico. Sic etiam novam hanc Hypothefin mihiipſi uſque in publicationem integri operis Afronomici refervaßYem, niſi Cometa ille anni 1577 circa Solem revolutus me invitaßYet, ut eius propalationem eo in libro admitterem; adeo multa et magna vel ex hac fola Cometarum occafione, haetenus minus perpeeta, in lucem protulimus, et favente Numine, impoſterum proferemus uberius. Quod fi talia fcripta unā cum ijs, de quibus agunt, Phænomenis, evanida funt, utique vel ob perennium corporum, de quibus unā multis in locis agunt, confederationem aliquandiu ſupereßYe merebuntur, nec ita facile, ut tu ominaris, abolebuntur. Et forte tam diu atque toties uſque ad faſtidium repetita cantilena de primo mobili et sphæricis tyrocinijs, vulgaribusque Planetarum theorijs (quæ omnia nihil novi et antea defiderati inveniunt aut conſtituunt) apud peritos et gratos || permanebunt. An ignoras, quod HIPPARCHUS ille laudatißYimus et antiquiſYimus Afronomus nunquam nobis reliquißYet canonicam omnium affixarum ftellarum tam fedulam et operofam deſcriptionem, niſi e Nova Stella suo tempore exorta, quæ procul dubio paulo poſt diſparuit, ad tam immenſum laborem exuperandum incitatus fuißYet, ut de ipſo PLINIUS teſtatur. Et fane poſt illum nihil ſimile a quoquam hominum, elapſis circiter 2000 annis, peractum eft. Nam PTO-^{21*} s. 164LEMÆUS eiufque poſteri annotatione Hipparchica acqüieverunt, habita faltem promotionis totius oetavæ sphæræ ratione. Ideoque REGIOMONTANUS hunc abacum affixarum ftellarum magis divinum quam humanum opus vocat et non prophanandum aut vulgo concredendum theſaurum. Neque id citra rem

æftimat. Memineris etiam, quæ et quanta ARCHIMEDES vel vilißYimarum arenarum occasione impulfu GELONIS Siculûm Regis nobis reliquerit. Sic etiam alias fæpe e rebus minimis neque diu durantibus caufa hominibus oblata eft longe maiora et ftabiliora extruendi perveftigandique, de quibus nunc non attinet plura dicere. Video enim me iam in refcribendo nimium fuißYe et epiftolæ leges non parum tranfgreßYum; quam immorationem æqui bonique confulas, quodque tecum de hac materia lubenti animo conferam, ascribas. Vale, et librum illum M. CAMERARIJ de hoc eodem Cometa Francofurti ad Oderam (ut puto) editum, da operam, ut brevi habeam. Cuperem etiam infpicere SIMONIS a Quercu scriptum de quadratura circuli. Id enim nondum mihi allatum eft. Quod fi unâ mihi procuraveris, rem feceris pergratam. Iterum || quam felicißYime vale, et ante brumalem glaciem reſcribe. Uraniburgi inter alias quamplurimas occupationes feftinanti calamo utut prolixæ datæ die 4. Novembris Anno 88.

Quodfi Princeps vefter illuftrißYimus adhuc papyrum aliquam meæ officinæ opportunam Roſtochium miferit, da operam, ut eam ab iniuria hyemis et pluviarum tutam quam citißYime recipiam. Rogo etiam peramanter, velis nunc ftatim ad me artificem aliquem tranfmittere, qui fculpendi in ligno artem excellenter calleat. Tali enim per hybernum tempus et forte etiam tota æftate opus habeo ob figuræ tum inftrumentorum tum aliarum defignationum varias ligno infculpendas, quæ poſtea imprimendæ veniant. Si itaque eiufmodi hominem mature procuraveris et prima quaque occasione huc miferis, rem feceris mihi magnopere gratam et amicitiae noſtræ convenientem. De mercede eius, ubi advenerit, facile inter nos conveniet. Si quid expoſueris viatici, reſtituam.